



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 De primo præcepto decalogi vtrum conuenienter tradatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



deratione manifesta. Propter quod in litera dicitur, Non quod intellectus, sed ratio naturalis statim eis assentit: quia cognitio horum ad discipulum non disciplinatur, sed natura spectat: Ita quod inter principia intrinseca legis, & principia prima simpliciter in moralibus, non solum est differentia quod ad materiam, quia principia legis sunt velut principia propria, principia vero prima sunt contra: sed et quod ad modum notitiae, quia illa notantur discursu naturali tantum, hoc est, non egerit humano Doctore: ista vero cognoscuntur absque discursu quocumque cognitio terminis. Non contra dicunt ergo haec superius dicta, quia de primis principis legis, hoc est, contentis in lege, & coibus respectu contentorum in lege, & manifestissimis inter contenta in lege, est hic sermo. Superius autem de primis principis moralium simpliciter, & communibus simpliciter, & per se notis, est sermo.

In corp. ar.

In eodem arti. i. nota, quod ratio debiti requiritur ad preceptum alter inveniuntur in preceptis naturalis, & diuini iuris, & aliter in preceptis iuris positivi. Nam in illis ratio debiti fundat preceptum: in istis vero ratio debiti fit a precepto. Praecepta namque illa affirmatiua ideo iubent aliquid, quia debiti sunt illud fieri, puta, honorare parentes, tempus aliquod diuino cultui deputare, & huiusmodi. Et similia negatiua ideo prohibent, quia debiti sunt non fieri illud, puta, non furari, non colere plures Deos, & huiusmodi. In positiuis vero preceptis patet, quod ideo est debiti aliquid fieri, vel omitti, quia preceptum est: quoniam a principio nihil differt, quod spectat ad ius posituum, ut dicitur in 5. Ethic. Praecepti igitur ratio debiti ratione exigit, diuersimode tamen, ut causam scilicet, vel effectum.

1. 2. q. 106. arti. 6. & 7. & 3. dist. 36. arti. 2.

nia precepta decalogi ordinantur ad alterum, ut patet discurrenti per singula, ergo omnia precepta decalogi pertinent ad iustitiam.

RESP. Dicendum, quod precepta decalogi sunt prima principia legis, & quibus statim ratio naturalis assentit, sicut manifestissimis principis. Manifestissime autem ratio debiti, quae requiritur ad preceptum, apparet in iustitia, quae est ad alterum, quia in his quae sunt ad seipsum, ut primo aspectu, quod homo sit sui dominus, & quod liceat ei facere quodlibet; sed in his quae sunt ad alterum manifeste apparet, quod homo est alteri obligatus ad reddendum ei quod debet: ideo precepta decalogi oportuit ad iustitiam pertinere. Vnde tria prima precepta sunt de actibus religionis, quae est potissima pars iustitiae. Quartum autem preceptum est de actibus pietatis, quae est pars iustitiae secundum ad alia. Alia vero sex dantur de actibus iustitiae communiter dictae, quae inter aequales attenditur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod lex intendit omnes homines facere virtuosos; sed ordine quodam, ut scilicet prius tradat eis precepta de his in quibus, est manifestior ratio debiti, ut dictum est.

AD II. Dicendum, quod iudicialia precepta sunt quaedam determinationes moralium preceptorum, prout ordinantur ad proximum; sicut & ceremonialia sunt quaedam determinationes preceptorum moralium, prout ordinantur ad Deum. Vnde neutra precepta continentur in decalogo; sunt tamen determinationes preceptorum decalogi, & sic ad iustitiam pertinent.

AD III. Dicendum, quod ea quae pertinent ad bonum commune, oportet diuersimode dispensari secundum hominum diuersitatem; & ideo non fuerunt ponenda inter precepta decalogi, sed inter precepta iudicialia.

AD IIII. Dicendum, quod precepta decalogi pertinent ad charitatem sicut ad finem, sicut in illud ad Tim. i. Finis precepti est charitas, sed ad iustitiam pertinent, in quantum immediate sunt de actibus iustitiae.

ARTICVLVS II. Vtrum primum preceptum decalogi conuenienter tradatur.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod primum preceptum decalogi inconuenienter tradatur. Magis enim homo est obligatus Deo, quam patri carnali, secundum illud ad Hebr.

12. Quam magis obtemperabis patri, & uiuimus: sed preceptum pietatis patet, ponitur affirmatiue, cum dicitur, trem tuum, & matrem tuam, ergo primum preceptum religionis, quae debuit proponi affirmatiue, praetermittitur naturaliter sit prior negatione.

¶ 2. Præter primum preceptum decalogi pertinet, ut dictum est, sed religio tantus, habet unum actum. In primo autem prohibentur tres actus, nam primo debetis Deos alienos coram me, secundum Non facies tibi simulacra: tertio uerbaris ea, neque coles. ergo inconuenienter primum preceptum.

¶ 3. Præter Aug. dicit in lib. de decem preceptis, quod primum preceptum excludit idolatriam, sed multae sunt alienationes, super ter idola, ut supra dictum est, est ergo prohibetur sola idolatria.

IN CONTRARIVM est Scripturae. RESPON. Dicendum, quod ad legem creari homines bonos. Et ideo oportet ordinari secundum ordinem generationis, scilicet fit homo bonus. In ordine generationis duo sunt attendenda quorum primum pars primo constituitur, scilicet animalis primo generatur, cor, deinde ponitur fundamentum, & in bono prima pars est bonitas uoluntatis, quae bene uolunt quilibet alia bonitate uoluntatis attenditur ad obiectum finis, & ideo in eo qui erat per legem uirtutem, primo oportuit quod ad fundamentum religionis, per quam homo natur in Deum, qui est ultimus finis, secundum attendendum est in ratione, quod primo contraria, & in contrarium. Sicut agricola primo purgat, & proicit semina, sicut illud Hier. 1. uale, & nolite serere super spinas, & circa religionem primo homo oportuit impedimenta uera religionis excidenda, autem impedimenta religionis excidenda Deo inhaereat, secundum illud Mat. 23. Deo seruire, & mammonae, & deo propto legis excluditur cultus idolorum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ponitur unum preceptum affirmatiue, ut dicitur sabbathi sanctificatio, attendenda praeter negatiua, quae in religione tollerentur. Quoniam autem naturaliter sit prior negatione, sit prior negatio, quae remouentur impedimenta religionis, & ideo in eo qui erat per legem uirtutem, primo oportuit quod ad fundamentum religionis, per quam homo natur in Deum, qui est ultimus finis, secundum attendendum est in ratione, quod primo contraria, & in contrarium. Sicut agricola primo purgat, & proicit semina, sicut illud Hier. 1. uale, & nolite serere super spinas, & circa religionem primo homo oportuit impedimenta uera religionis excidenda, autem impedimenta religionis excidenda Deo inhaereat, secundum illud Mat. 23. Deo seruire, & mammonae, & deo propto legis excluditur cultus idolorum.

AD II. Dicendum, quod cultus alienus dupliciter apud aliquos esse potest, nempe quaedam creaturas pro deis cultas institutione imaginum. Vnde Varro antiqui Romani diu sine similitudine, & hic cultus prohibetur primo, quod cultus falsorum Deorum subuenit, & ideo oportet, ut prohibetur, non institutio, cum sit, Non facies tibi simulacra.



ipsum imaginum cultus, cum dicitur, Non coles ea &c. Ad III. dicendum, quod omnes alie superstitiones procedunt ex aliquo pacto cum demonibus innotato, vel expresso: & ideo omnes intelliguntur prohiberi in hoc quod dicitur, Non habes deos alienos.

ARTICVLVS III.

Utrum secundum preceptum decalogi conuenienter traditur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod d secundum preceptum decalogi non conuenienter tradatur. Hoc enim preceptum, Non assumes nomen Dei tui in vanum, sic exponitur in \* gloss. Exod. 20. Non existimes creaturam esse filium Dei, per quod prohibetur error contra fidem. & Deu. 5. exponitur, Non assumes nomen Dei tui in vanu. s. nomen Dei ligno, uel lapidi attribuendo, per quod prohibetur falsa confessio, qua est actus infidelitatis, sicut & error: actus autem infidelitatis est prior superstitione, sicut & fides religione. ergo hoc preceptum debuit pramitti primo, in quo prohibetur superstitio.

¶ 2. Pra. Nomen Dei ad multa assumitur, sicut ad laudandum, ad miracula faciendum, & uniuersaliter ad omnia qua dicuntur, uel fiunt a nobis, secundum illud ad Col. 3. Omne quodcumque facitis uerbo. uel opere, in nomine Domini facite. ergo preceptum, quo prohibetur nomen Dei assumi in uanum, uideatur uniuersalius esse, quam preceptum, quo prohibetur superstitio, & ita debuit ei pramitti.

¶ 3. Pra. Exod. 20. exponitur illud uerbum, Non assumes nomen Dei tui in uanum, iurando scilicet pro nihilo. unde uidetur per hoc prohiberi uana iuratio, qua est, scilicet sine iudicio, sed multo grauior est falsa iuratio, qua est sine ueritate, & iniusta iuratio, qua est sine iustitia. ergo magis debuerunt illa prohiberi per hoc preceptum.

¶ 4. Pra. Multo grauius peccatum est blasphemiam, uel quicquid fiat uerbo, uel facto in contumeliam Dei, q̄ periurium: ergo blasphemiam, & alia hmoi debuerunt magis per hoc preceptum prohiberi.

¶ 5. Pra. Multa sunt Dei nomina. ergo non debuit indeterminate dici, Non assumes nomen Dei tui in uanu.

SED IN CONTRARIUM est autoritas Scriptura. RESP. Dicendum, quod oportet prius impedimentum uerae religionis excludere in eo, qui instituitur ad uirtutem, quam eum in uera religione fundare.

Opponitur autem uerae religioni aliquid dupliciter. Vno modo, per excessum, quando scilicet id quod est religionis, alteri indebite exhibetur, quod pertinet ad superstitionem. Alio modo, quasi per defectum reuerentiae, cum. s. Deus contemnitur, quod pertinet ad uitium irreligiositatis, ut supra habitum \* est. Superstitio autem impedit religionem quantum ad hoc, ne suscipiatur Deus ad colendum. Ille autem, cuius animus implicatus est alicui cultui indebito, non potest simul debitum Dei cultum suscipere, secundum illud Isa. 28. Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat. s. Deus uerus, uel falsus a corde hominis; & pallium breue operire non potest. Per irreligiositatem autem impeditur religio quantum ad hoc, ne Deus, postquam susceptus est, honoretur. Prius autem est Deum suscipere ad colendum, quam eum susceptum honorare: & ideo pramittitur preceptum quo prohibetur superstitio, secundo precepto, quo prohibetur periurium ad irreligiositatem pertinens.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa expositiones sunt mystica. Literalis autem expositio est,

quae habetur Deute. 5. Non assumes nomen Dei tui in uanum, scilicet iurando pro re, qua non est.

AD II. Dicendum, quod non prohibetur quali ber assumptio diuini nominis per hoc preceptum, sed proprie illa, qua assumitur diuinum nomen ad confirmationem humani uerbi per modum iuramenti, quia ista assumptio diuini nominis est frequentior apud homines. Potest tñ ex consequenti intelligi, q̄ per hoc prohibeatur ois inordinata diuini nominis assumptio, & fm hoc procedunt illae expositiones, de quibus supra dictum \* est.

AD III. Dicendum, q̄ pro nihilo iurare dicitur ille, qui iurat pro eo, quod non est, quod pertinet ad falsam iurationem, qua principaliter periurium nominatur, ut supra dictum \* est.

Quando enim aliquis falsum iurat, tunc iuratio est uana secundum seipsa, quia non habet firmamentum ueritatis. Quando autem aliquis iurat sine iudicio ex aliqua leuitate, si uerum iuret, non est uanitas ex parte ipsius iuramenti, sed solum ex parte iurantis.

AD IIII. Dicendum, quod sicut ei qui instruitur in aliqua scientia, primo proponuntur quaedam communia documenta; ita etiam lex, qua instituitur hominem ad uirtutem in preceptis decalogi, que sunt prima, poposuit ea, uel prohibendo, uel mandando, quae communis in cursu uitae humanae solent accidere. Et ideo inter precepta decalogi prohibetur periurium, quod frequentius accidit quam blasphemiam, in quam homo rarius prolabitur.

AD V. Dicendum, quod nominibus Dei debetur reuerentia ex parte rei significata, qua est una, non autem ratione uocum significantium, quae sunt multae. & ideo singulariter dixit, Non assumes nomen Dei tui in uanum, quia non differt per quodcumque nomen Dei periurium committatur.

ARTICVLVS IIII.

Utrum tertium decalogi preceptum conuenienter tradatur, scilicet, de sanctificatione sabbathi.

Super Quaestione centesima uigesima secunda articuli quartum.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur, quod inconuenienter tertium preceptum decalogi tradatur, scilicet de sanctificatione sabbathi. Hoc enim preceptum spiritualiter intellectum, est generale. dicit enim Ambro. \* super illud Luc. 13. archisynagogus indignans, quod sabbatho curasset. Lex, inquit, in sabbatho non iubet hominem curare, sed seruilia opera facere, id est peccatis grauari prohibet. Secundum autem literalem sensum est preceptum ceremoniale. dicitur enim Exod. 31. Videte, ut sabbathum meum custodiatis, quia signum est inter me, & uos in generationibus uestris: precepta autem decalogi & sunt precepta spiritualia, & sunt precepta moralia. inconuenienter ergo ponitur inter precepta decalogi.

¶ 2. Preterea. Ceremonialia legis precepta continent sacra, sacrificia, sacramenta, & obseruantias, ut supra habitum \* est ad sa-

IN artic. 4. omittis secundo & tertio, nota diligentissime, q̄ preceptum de sanctificatione sabbathi ad litteram non est de interiori, sed de exteriori Dei cultu datur. Colebatur siquidem Deus sabbatho in ipsa exteriori quiete ab operibus seruilibus, quia quiescebat ad representandam diuinam quietem a creatione mundi. In noua uero lege exterior cultus est dicere, uel audire misericordiam. Quies autem a seruilibus operibus est ad remouenda exteriora impedimenta geitis mentis in Deo. Vnde ex duobus capitibus excluditur phantasia dicitur, quod homo teneatur in die festo contritionem habere de peccatis quae habet.

Primò, ex hoc contritio est actus interior: preceptum autem

In corp. i. h. uis. art.

Q. 89. art. 1. ad 3.

1. 2. q. 100. a. 3. ad 2. & q. 100. artic. 4. ad 1. & 3. ad 3. art. 5. & 11a. 36. & 10b. 3. 10a. 4. & 101. 2. 10a. 4. Cap. 13. lib. 7. in luc. in ca. de curatione molle 119. circa medium, ca. mo 5.

1. 2. q. 10. artic. 4.